



7
C. 2. num. 27.

354
1770, 2

DISSERTATIO INAUGURALIS IVRIDICA
DE

ANNO DECRETORIO
CIO IOC XXIII

QUATENVS IN COLLEGIA OPIFICVM
PRAECIPVE IN LIBERA IMPERII REPUBLICA
FRANCOVRTENSI
CONVENIAT

QVAM

P. 350.
ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS
AVCTORITATE

IN ALMA LVDOVICIANA

PRAESIDE

D. FRANC. IVSTO KORTHOLTO

ACADEMIAE PROCANCELLARIO

PRO

GRADV DOCTORIS

RITE ET MORE MAIORVM OBTINENDO
IN AVDITORIO SOLLEMNI

AD DIEM XVIII APRIL. CIO IOCC LXX

PUBLICAE PROCERYM ACADEMIAE DISQVISIONI

SVBICIET

AVCTOR

IOANNES ADAMVS HORN

MOENO - FRANCOVRTENSIS

GISSAE,

APVD IOANNEM IACOBVM BRAVN, ACAD. TYPOGR.



DECRETORIO
ANNO DECRETORIO
CICLICCXXIII
GRATIA VEIN COLLEGIIS OPTICVM
LACIVE IN TERRA TENNER KORYLLICA
LEAH DE TERNAL
COMMIT

ALBERTVS ABBAS
IN ANNO
D. FRANCOISVS
ACADEMIA

GRADVS DOCTORIS
RIT ET MORE MAIORVM OBTINENDO
IN AVDITORIO SOLLENIT
AS DEIN VNIUS ADL. CICLICCXX
PACIS A DOCTORVM ACADEMIAE DIGNITATVM
ANNO
IOHANNES ADAMVS HORN
M.D.C.C.C.

ANNO DOMINI MDCCLXXXV
M.D.C.C.C.



LIBERAE S. R. I. REIPUBLICAE
MOENO - FRANCOFVRTENSIS
SENATVI AMPLISSIMO

VIRIS
PERILLVSTRI BV S, MAGNIFICIS, GENEROSISSIMIS,
PRAENOBILISSIMIS, CONSVLTISSIMIS,
PRVDENTISSIMIS,
ANTIQA GENERIS NOBILITATE
ET
MERITORVM GLORIA CELEBERRIMIS

DOMINIS
PRAETORI
CONSVLIBVS
SCABINIS
SYNDICIS
SENATORIBVS

ET
EX EORVM NVMERO NOVEM
QVI
AVGVSTISSIMI IMPERATORIS
CONSILIARII ACTVALES
SVNT

PATRIAE PATRIBVS SPECTATISSIMIS
PATRONIS MAECENATIBVS
AC
FAVTOBIBVS
SVMMOPERE COLENDIS
HANC
DISSERTATIONEM INAVGVRALEM
OMNI ANIMI SVBMISSIONE
CVM
PERPETVAE FELICITATIS
VOTO
EA QVA DECET OBSERVANTIA
DAT DEDICAT CONSECRAT
TANTORVM NOMINVM
CVLTOB PERPETVVS
AVCTOR.



§. I.

DE ANNO DECRETORIO
CIO IOC XXIII.



Quemadmodum in pace facienda ad duo
praecipue respiciendum est, primo ut
tollatur belli causa, deinde ut repare-
tur damnum durante bello utrimque
datum, ita idem quoque in condenda
pace Westphalica sollicitè fuit obseruatum. Prius,
quod grauamina, quae inter utriusque religionis or-
dines, tum de *bonis ecclesiasticis*, tum de libero *religio-
nis exercitio* vertebantur, quibus praeterea variae que-
relae, statum *politicum* spectantes, accedebant, potis-
simam bello tricennali causam dedissent, *caput grauami-
norum*, posterius *caput amnestiae* appellari sœuit. a)

A

In



In vtraque specie certus status, in *mero possessionis facto*, siue iusta illa esset, siue iniusta, nixus, fundamenti loco est positus, cum hac tamen differentia, vt in restitutionibus ex capite *amnestiae* spectandus sit status, qui fuit ante motus bellicos, anni scilicet 10CXVIII. *b)* in restitutionibus vero ex capite *grauaminum*, quod ad *ecclesiastica*, & quae intuitu eorum in *politicis* mutata sunt, attinet, status anni 10CXIII. *c)* Vnde quid significet *annus decretorius* 10CXIII, satis patet. *d)*

a) HENRIC. de COCCII de *postliminio in pace & amnestia*, *Secl. IV. §. 5.* in eius *exercitat. Vol. I. n. 78. 10.* ADAM. ab ICKSTATT *element. iuris gentium, lib. V. cap. II.*

b) INSTRVM. PACIS OSNABRVGENS. *art. III.*

c) I. P. O. *art. V. §. II.*

d) Latius haec deduxit *Magnificus Dom. Praefes de processu arresti in causis pacis Westphalicae §. VII sqq.* Gissae 1747. atque *de abusu doctrinae, quod in causis P. W. executio citra processum locum habeat, §. XXX sq. ibid.* 1750. add. HENRIC. HILDEBRAND. *de anno decretorio*, Altdorf 1705. IVSTVS CHRISTOPH DITHMAR *de anno decretorio exercitii vtriusque religionis in Germania*, Francof. 1719. in eius *dissert. & exercit. n. 7.* & praecipue *Celeb. GODOFR. DANIEL HOFFMANN. de die decretorio Kalend. Ianuar. anni 1624. omnique ex P. W.*



restitutione, Tubing. 1750. & de anno decretorio 1624.
an & quatenus ad politica spectet? ibid. 1752.

§. II.

DE DIE DECRETORIO KALEND. IANVAR.
CICIODCXXIIII.

Illud paucis monendum, interdum *totius anni* rationem haberi, ita vt possessio, quam aliquis *quacunque eius parte* habuit, ad obrinendam restitutionem sufficiat; interdum autem exigi, ut quis *die prima Ianuarii* huius anni in possessione constitutus fuerit. Diuersas circa hanc quæstionem sententias recenset & examinat HOFFMANNVS. a) Ipse vero duabus regulis rem expedit, quæ eo redeunt, vt, quoties de *solo religionis exercitio*, siue *immediatorum* siue *mediatorum*, agatur, quæcunque anni pars sit decretoria; quoties vero de *restitutione bonorum ecclesiasticorum* quaeratur, inter *immediatos & mediatos* distingui, atque in illis prima solummodo anni istius dies, in his autem iterum quaelibet anni pars pro norma haberi debeat. Quam sententiam & ego amplector, lectorem quoad probationem, cum hæc quæstio non adeo ad propositum meum faciat, ad laudatum *Auctorem* remittens.

a) *De die decretorio*, §. XLV. seqq. add. CAROL GVIL. WIPPERMANN, *de observando statu, quo fuit possessio*, §. 217. sqq.

§. III.



§. III.

ANNVS DECRETORIVS QVATENVS AD POLITICA
SPECTET?

Dixi (§. I.) annum decretorium CIO IOC XXIIII. non tantum ad ecclesiastica, sed etiam ad politica, quae intuitu ecclesiasticorum mutata sunt, pertinere. Clarissima enim sunt verba Art. V. §. 2. I. P. O. quae ita habent: *Terminus a quo restitutionis in ecclesiasticis, & quae intuitu eorum in politicis mutata sunt, sit dies prima Ianuarii anni millesimi sexcentessimi vigesimi quarti.* Speciatim idem illud §. 29. circa liberam imperii ciuitates statuitur & plenius explicatur, verbis: *Illae ciuitates imperiales, quae siue vni, siue vtrique religioni addictae --- --- ab anno 1624. propter religionem, vel bona ecclesiastica ante, vel post transactionem Passauensem, & insecutam pacem religiosam, occupata & reformata, vel alias intuitu religionis in politicis quocumque modo siue extra, siue iudicialiter aggravatae sunt, in eum statum, in quo Kalendis Ianuarii praedicti anni 1624. tam in sacris, quam in profanis fuerunt, non minus ac reliqui status Imperii superiores plenissime repnantur, inque eo absque vltiore turbatione, perinde atque illae, quae tum temporis adhuc possederunt, aut interea possessionem recuperarunt, vsque ad amicabilem religionum compositionem conseruentur.*

§. IV.



§. IV.

QVAENAM POLITICA RELIGIONEM CONCERNERE
DICI POSSINT?

Politica, quae intuitu *ecclesiasticorum* mutata dici possunt, siue quae, uti in §. 9. dicti *Art. V.* dicitur, *religionem indirecte concernunt*, sunt omnia omnino negotia, quae inter vtriusque religionis confortes ita disputantur, ut argumenta controuersiae a *religione* repetantur. Quotiescunque enim ratio litis in *religione* ponitur, non possunt non membra eidem religioni addicta isto litigio adfici. a) Quae etiam sententia est *Perillustis IOANNIS ADAMI L. B. ab ICKSTATT*, b) eas huc referentis causas, quae sua natura ad vnius alteriusve partis sacra, & exercitium religionis non pertinent, sed ex accidenti solum, indirecte, & veluti ex obliquo cultum religiosum, membraque eidem addicta afficiunt, atque vel personalem, vel realem respectum ad religionem habent. Et sic quaestio haec est vna ex grauissimis & maxime arduis, quae in imperio nostro Germanico occurrere possunt. Inluit enim in regimen non tantum Imperii vniuersi, sed etiam specialium eius rerumpublicarum, quotidiana id docente experientia. c)

a) conf. HOFFMANN de anno decretorio 1624. an & quatenus ad politica spectet? pag 45. & 60.

b) De causis, in quibus status imperii in partes eunt, a iu-
B ve



*re suffragiorum maiorum exceptis, cap. II. §. 23. sq. Opusc.
Tom. II. pag. 253.*

c) IOH. IACOB MOSER von denen Teutschen Reichs-Tagt-Geschaefften, *Lib. IV. cap. IV.* Inprimis huc faciunt litterae, quas Corpus Euangelicorum anno 1716. ad AVGVSTISSIMVM dedit, vbi verba ita habent: *Wann Ew Kayserl. Majestaet nur dabey in allegerechteste Erwae-gung zu ziehen geruben, daß nicht allein Religions-Sachen seyen, wo directe von der Religion, von theologischen Fragen, von Kirchen und Schulen, und dergleichen gehandelt wird, sondern auch wo die Religion nur indirecte interessiret ist, und Schaden leiden kan. Aus welchem Fundament allein im Osnabrückischen Friedens-Schluss verordnet ist, daß in der Stadt Augsburg in causis religionem siue directe siue indirecte concernentibus keine Pluralitas votorum statt findet, Art 5. § 9. und in allen Aemtern die Paritaet genau beobachtet werden solle, §. 8. ibid. Item daß so wohl bey allen ordinari- als extraordinari-Reichs-Deputationen, als auch bey denen vom Reichs-Hof-Rath erkantten Commissionen, §. 51. wie nicht weniger in denen boechsten Reichsgerichten selbst bey denen Referenten und Urtheils-Sprechern die Paritas Religionis observiret, §. 53. 54. und, wenn paria vota herauskommen, daß alle Catholische auf einer- und die Augspurgische Confessions-Verwandten auf der andern Seite stehen, und in dergleichen Faellen mehr, die Sieben ad Comitua vniuersalia remittiret werden sollen, §. 56. welche Paritas Religionis so gar bey Bestellung der Reichs-Generalitaet und Kriegs-Raethen, und zwar vrgentibus ipsis Catholicis, Oesterreich und Bayern, noethig zu seyn behauptet worden, (wovon die Reichs-Fürsten-Raths-Protocollen vom
16. Dec.*



16. Dec. 1671. und vom 27. 29. 30. Mart. 1. 10. 12. 15. 17. April. st. v. Anno 1672 mit mehrerem zeugen) Dessen alles es nicht bedurfft hætte (maassen es an sich selbst lauter *causae* *ciuiles* seynd) wenn die *causae Religionis* in so enge Schrancken beschlossen waeren, als Ew. Kayf. Maj. Reichs. Hof. Rath es vermeinen will. apud SCHAUROHT collect. conclusor. *Corporis Evangelic. T. I. pag. 369.*

§. V.

FIT APPLICATIO AD DIGNITATES CIVILES.

Quamuis itaque negotium aliquod ratione *obiecti* sit politicum & ciuile, tamen innumeri sunt casus, vbi ratione *subiecti* respectus religionis concurrat. Sic munera & dignitates *ciuiles* procul dubio sunt res *politicae*; quodsi vero quaestio oriatur, vtrum personis *euangelicis*, an *catholicis*, conferri possint vel debeant? respectus religionis statim in oculos incurrit. Pertinet huc celeberrima constitutio Pacis Osna-brugensis a) de liberis imperii *ciuitatibus mixtis*, *Augusta Vindelicorum*, *Dünckelspübla*, *Biberaco* & *Ravensburgo*, ex qua tantum sequentia, exempli causa, huc transcribere lubet: *Quoad ciuitatem Augustam sunt septem senatores Consilii secretioris ex familiis patriciis delecti, ex his desumpti Reipublicae praesides duo, vulgo Stadtpfieger dicti, vnus sit Catholicus, alter Augustanae Confessionis: ex reliquis quinque, tres Catholicae Religionis, & duo Augustanae Confessionis addicti. Senatores reliqui Senatus, vt vocant, minoris, nec non Syn-*
B 2 *dici,*



dici, *Assessores Iudicii urbani, alique Officiales omnes sint aequali numero utriusque Religionis. Quaestores rei nummariae sint tres, quorum duo unius, tertius diversae religionis: ita quidem ut primo anno duo sint Catholici, unus vero Augustanae Confessionis, altero duo Augustanae Confessionis & tertius Catholicus, & sic deinceps alternando singulis annis. cet.*

a) *Art. V. §. 3. Sqq.*

§. VI

TRANSITVS AD COLLEGIA OPIFICVM.

His ita praestructis progredior ad *collegia opificum.* a) De iis quidem talis constitutio, ut de muneribus & dignitatibus publicis, in instrumento pacis non exstat. Attamen etiam hic subinde respectum ad *religionem*, & hinc simul ad *annum decretorium 1624.* habendum esse, dubitare nos non sinunt acta executionis pacis, b) & quidem in iis ipsis, de quibus modo dixi, *ciuitatibus imperii mixtis*, ubi alias religio utraque est *dominans*. Etenim in recessu executionis quoad *Augustam Vindelicorum*, postquam constitutum fuerat, *intuitu bibliothecae, auditorii & turris*, omnia *inmutabiliter in eo statu esse conseruanda*, qui *obtinuisset anno 1624.* statim subiicitur:

*Denmach auch ex parte der Augspurgischen Confessions-Verwandten Beschwer einkommen, daß bishero bey denen Handwercken und dero Ordnungen allerhand Neuerungen eingeschlichen, als ist es da-
hin*



hin versehen, daß künfftig dergleichen Neuerung, sonderlich so etwan intuitu religionis eingeführet worden, abgestellt, und keine ferners zugelassen werden sollen. c)

Simile quid circa Dünckelspühlam dispositum legitur, vbi Senatus Augustanae confessionis promiserat, tabernam carnariam per integrum quadragesimale tempus interclusum iri, addita tamen hac conditione:

Daß einem gesammten Ehrsamem Rath freyestehen solle, sich zu seiner Zeit darüber zu bereden, und, nach erheischender Nothdurfft, das Fleischhaus auf- und zusperrren zu lassen: wofern man sich aber propter paria vota nicht vergleichen koemte, es bey der Obseruanz des 1624. lahrs und Zusperrung verbleiben solle. d)

Praeterea in executione pacis vniuersae Sueci in sua ita dicta lista restituendorum, quam mense Iunio 1649. exhibuerunt, ponunt:

So haben die Evangelische Gemeine zu Aachen Anno 1624. nicht allein das priuatum exercitium gehabt, sondern auch ihre sonderliche Prediger gehalten --- zude-
me sie auch dazumal ohne Weigerung in die Zünffte und Handwercker aufgenommen worden, in welchem allem ihnen aber der Magistrat anjetzo Einhalt zu thun, und sie also des Friedens-Schlusses nicht genießen lassen will. e)

B 3

Porro:



Porro:

Ingleichem die Evangelische Bürgerschaft in der Stadt Cöln, ratione priuati Exercitii religionis, wie es Anno 1624. gewesen, wie auch der Zünfften und andere in Art. V. §. 12. vers. Placuit porro &c. entbaltenen geist- und weltlichen Gerechtsamen zu restituiren, und derselben unperturbirten Genies zu lassen. f)

Legatus quoque Hasso-Cassellanus in suo, vtriusque huius ciuitatis ergo, mense Martio 1650. exhibito libello memoriali ita scribit:

Daß er erfahren müßte, wie nicht allein das zu Aachen Ao. 1624. gehabte Exercitium priuatum religionis in Zweifel gezogen, sondern auch das Ius Ciuitatis und desselben erbliche Anfallung auf der Evangelischen Bürgere Kinder von den Herren Catholicis so weit pro illiquido gehalten, und beedes zugleich ad tres menses verschoben werden molle. Es seye aber das letztere so wohl ratione facti als Iuris so klar und lauter, daß desselbigen halber einig erheblicher Zweifel nicht walten, noch die geringste ratio dubitandi statt finden möge; indeme die Evangelische desfalls nicht allein die unwidersprechliche Possess des anni 1624. sondern auch das undisputirliche Ius Naturae so das Ius Ciuitatis von den Eltern bis auf ihre Kinder dirigire, und die daraus entspringende communem obseruantiam in toto Imperio Romano, und zumahlen zu Nürnberg und in andern Evangelischen freyen Reichs-

Reichs-Staedten, vor sich: dabero dann ein inauditum waere, wenn den Kindern solo intuitu religionis das von ihren Eltern anvererbte Jus Ciuitatis, neben denen oeffentlichen Zünfften und Handwerckern, contradicirt und versagt werden woltte, bevorab dadurch nicht allein der in anno 1624. geweste Status quoad Euangelicam Religionem mit der Zeit ganz geaendert, sondern auch die Dispositio Pacis circa punctum autonomiae aufgehoben werden mürde. g)

- a) De collegiis opificum solide agit, & scriptores huc pertinentes plene enumerat *Illustris DE SELCHOW* in *element. iuris Germanici, lib. I. cap. V. Sect. III. tit. II.*
- b) Interpretationem legum ex illarum executione recte desumi, constat inter omnes. Conf. scriptum, quod sub titulo: *Ungrund des Simultanei*, publica auctoritate prodiit, §. 40. apud CHRISTIAN. GODOFR. HOFFMANNVM von *Religions-Beschwerden*, pag. 232.
- c) Apud PHILIPPVM KNIPSCHILD. *de ciuitat. imperial. iurib. & privileg. lib. III. cap. III. pag. 25. edit. Schmauff.*
- d) Apud eundem *loc. cit. pag. 79.* Noui, quae de claudendo vel aperiendo lanario tempore quadragesimali eruditi communiter sentire solent, cum annus decretorius ad quaeuis leuia & indifferentia non debeat extendi. HILDEBRAND *de anno decretorio, cap. I. §. 4. pag. 16. sq. add. Litterae Corporis Euangelici ad Imperatorem 1729. datae. apud SCHAVROTH Tom I. pag. 50. sqq.* Sed quomodo res ista habet, certum ex hoc exemplo desumitur argumentum, executores P.W. minime



me dubitasse, etiam collegia opificum ex statu anni decretorii esse dimetienda.

e) *Acta Execut. P. W. Tom. I. pag. 107.*

f) *loc. cit. pag. 108.*

g) *loc. cit. Tom. II. pag. 517.*

§. VII.

DE PARITATE RELIGIONIS IN CIVITATIBVS IMPERII MIXTIS.


Ex dictis patet, falsissimum esse, quod ANONYMVS quidam a) adferere non dubitat: quod, quaecunque politica executores in ciuitatibus imperii mixtis b) s. paribus ad paritatem non reduxerint, ea ad politica, religionem iuridice concernentia, non pertineant. Et enim, quae de *Augusta Vindelicorum & Dünckelspübla* adlata sunt, manifeste probant, collegia opificum, licet ad paritatem reducta non fuerint, tamen tanquam rem, quae respectum ad religionem habeat, considerata, & secundum statum anni normalis diiudicata fuisse. Quo ipso simul euictum est, constitutionem Art. V. §. 29. quam supra (§ III.) excerpti, quod scil. *Ciuitates Imperiales, siue vni siue vtrique religioni addictae, in eum statum, in quo Kalendis Ianuarii anni 1624. tam in sacris, quam in profanis fuerunt, plenissime reponi debeant*, etiam ad collegia opificum omnino pertinere. Adde, per Art. V. §. 3. aequalitatem in ciuitatibus imperii mixtis non generatim

tim, sed saltem, vti diserte dicitur, *ratione dignitatum senatoriarum, aliorumque munerum publicorum*, esse statutam. Ista igitur aequalitate in senatu & muneribus publicis stabilita, de cunctis reliquis *politicis*, quae religionem attingunt, per dictum §. 29. ex statu anni normalis est decernendum.

- a) *Obseruat. iuris publici Germanici de ciuitatum imperii iuribus ecclesiasticis, & politicis eo spectantibus, ex tractatibus Pacis Westphalicae de promt. Francofurti 1766.*
- b) *Ciuitates imperiales ratione religionis mixtas, in sensu iuris publici, neuiquam omnes illas esse, in quibus vtriusque religionis exercitium publicum est receptum, licet illud etiam ex statu anni decretorii defendi possit; clarissime statuitur in saepius laudato §. 29. Art. V. I. P. O. verbis: non attento, quod in iis ciuitatibus, in quibus praeter Augustanae Confessionis exercitium nullum aliud a Magistratu & ciuibus, iuxta morem & statuta cuiusque loci, anno 1624. introductum fuit, aliqui Catholicae Religionis addicti ciues commorentur, vel etiam in aliquibus Capitulis, Ecclesiis Collegiatis, Monasteriis & Coenobiis ibidem sitis ----- Catholicae Religionis exercitium vigeat. In definienda igitur hac quaestione non tantum considerandum, virum religionis alicuius exercitium in vsu; sed praecipue eo etiam intendendum est, an a Magistratu & ciuibus, iuxta morem & statuta cuiuslibet loci introductum fuerit. Moris autem & statutorum cuiuslibet loci ideo fit mentio, quod ante Pacem Westphalicam admodum disputatum esset, vtrum exercitium iuris Reformandi magistratui, an ciuibus, an vero vtriusque, competat? Quae controuersia hic decidi-*

C

cidi-



ciditur, vt forma regiminis in qualibet ciuitate fit spectanda, & quilibet in exercitio iuris reformandi easdem partes habere debeat, quas habet in exercitio superioritatis territorialis, vnde ius reformandi dependet. Egregie haec illustrat IO. IAC. MOSERVS in opere maiore *iuris publici Germanici, Part. XLII. pag. 8.* scribens:

- 1) Bey einer Reichsstadt wird nicht nur darauf gesehen: ob die evangelische Religion allda publice exerciret werde, oder ob auch ein catholisches Exercitium religionis allda seye? sondern es kommt letztern Falls
- 2) darauf an: Wer solches catholisches Religions Exercitium introducirt habe?
- 3) Hat es die Stadt selbst introducirt, so ist die Stadt nicht pur evangelisch, sondern gemischt:
- 4) Hat aber die Stadt solches Catholische Religions-Exercitium nicht selbst introducirt, sondern es ist noch entweder auch nach der Reformation, oder nachdem die Stadt sich zur evangelischen Religion bekannt hat, ohnveraendert in dem alten Stand gelassen, oder zwar vormals abgeschafft, selbiges aber nachero entweder von dem Kayser, oder einer Kayserlichen Commission, oder von der catholischen immediaten oder mediaten Geistlichkeit, oder per arma, und die darinn gelegene catholische Soldatesca, oder auch zwar von der Stadt selbst, aber nicht freywillig, sondern vermoege eines wieder sie an einem hoechsten Reichsgericht ausgefallenen Urthels, von neuem, zum Theil, oder ganz, oder voll-

vollstaendiger, introducirt worden, und in An. 1624. annoch üblich gewesen, so macht es keine gemischte Stadt, sondern die Stadt wird deswegen doch vor pur evangelisch geachtet. Es erhellet dieses noch weiter aus denen Worten: *non attento, quod --- --- aliqui Catholicae Religioni addicti ciues (ibi) commoventur, vel etiam in aliquibus Capitulis, Ecclesiis Collegiatis, Monasteriis & Coenobiis ibidem sitis, immediate vel mediate Imperio subiectis --- --- Catholicae religionis exercitium vigeat.* Es koennen also 1) wohl catholische Bürger in einer Stadt seyn; sie wird aber deswegen nicht für gemischt angesehen. 2) Es koennen ohnmittelbare Dom-Capitul und Dom-Stifter, ohnmittelbare oder mittelbare niedrige Stifter, ohnmittelbare oder mittelbare Cloester und Closter-Kirchen allja seyn, und in denselben das öffentliche Catholische Religions-Exercitium getrieben werden, und doch ist und bleibt die Stadt, dessen ohnerachtet, in sensu iuris, pur evangelisch.

Multa in hanc rem singularia, & clarissimis Pacis Westphalicae sanctionibus aperte reclamantia, protulit pseudonymus IOANNES KIRCHHEIM in dem Versuche von dem Reichstaedtischen Entschiedungs-Ziele zwischen Catholischen und Protestanten, Maynz 1764. & peruersam suam sententiam ulterius defendere allaboravit in iis, quas not. praeced. nominavi, observationibus iuris publici Germanici cet. Sed depexum eum dedit Celeberrimus DAVID GEORG. STRUBE in denen Nebenstunden, P. VI. Tractat. XLVI. pag. 514. seqq. vii etiam in denen Rechthelichen Bedencken, P. III. num. 101.



§. VIII.

ANNVS DECRETORIVS AD IVRA CERTO LOCO AD-
STRICTA, NON AD EA, QVAE IVRIS COMMVNIS
SVNT, SPECTAT.

Ceterum res ipsa loquitur, *annum decretorium* vnice ad iura *certo loco* adstricta, spectare. Nicitur enim statu *possessionis*. Possessio vero est strictae interpretationis, neque de loco ad locum extendi potest. a) Quamobrem negotia, in quibus saltem quaestio *iuris communis* vertitur, & quae cuilibet habili ubique terrarum permittuntur, huc non pertinent.

- a) LVDOVICVS POSTIVS *de manutenendo, obseru. LXXIII.*
IO. NICOL. HERTIVS *de probatione in possessorio, Sect. I.*
§. VI. AVGVSTIN. LEYSER *Spec. ad ff. 453. medit. 4.*
- b) IO. DECKHERR *de pace ciuili religioni Germanorum data, P. I. cap. XI. num. 72. pag. 59.*

§. IX.

QVATENVS ANNVS DECRETORIVS IN COLLEGIA
OPIFICVM CONVENIAT?

Idem igitur etiam de *collegiis opificum* probe est obseruandum. Iura namque illorum non sunt vnus generis. Alia ita sunt comparata, vt eorum exercendorum potestas non nisi in *certo quodam loco* competat. Aliorum exercitium in *omnes terrarum partes* est liberum. Inter priora praecipuum est *ius magi-*

magisterii in qualibet opificiorum sodalitate, ad cuius exercitium neminem admitti, nisi qui illud in certo loco speciatim & legitime acquisiuit, constat inter omnes. Aliter longe se habent iura *boëthorum* (*de- rer Handvercks - Gesellen*) quibus ubiuis labore suo victum quaerere permittitur, qui tamen prius ad hunc gradum non admittuntur, quam exhibitis testimoniis ingenuorum natalium, & exactis rite, secundum opificii leges, tirocinii annis. Vnde si vel litterae natalitiae, vel receptio in tirocinium, denegentur, omnis via ad addiscendum honestum aliquod opificium praecluditur. Quod tamen tirocinium iterum non est certis loci alicuius terminis inclusum, sed ubiuis peti & legitime sustineri potest.

§. X.

VERA INTERPRETATIO §. XXXV. ARTIC. V. I. P. O.

Cum itaque expeditum sit, annum decretorium 1624. ad *collegia opificum* spectare (§. VI.); non tamen ulterius, quam intuitu iurium, certo *quodam loco* circumscriptorum, ita ut iura, quorum exercitium ubique gentium est liberum, huc nullatenus pertineant (§. VIII. & IX.): facillima erit conciliatio §. 35. *Art. V. Instr. P. O.* cum iis, quae hactenus ex clarissimis huius pacis sanctionibus adserui. Verba *dicti* §. 35. haec sunt: *Sive autem Catholici,*

C 3

sive



sue Augustanae Confessionis fuerint subditi, nulli ob religionem despiciatui habeantur, nec a mercatorum, opificum ac tribuum communi-
one, haereditatibus, legatis, hospitalibus, leproso-
riis, elemosinis, aliisque iuribus & commerciis, multo
nimis publicis caemiteriis, honoreue sepulturae arcean-
tur, aut quicquam pro exhibitione funeris a superstiti-
bus exigatur, praeter cuiusque parochialis ecclesiae iura
pro demortuis pendi solita, sed in his & similibus pari-
cum conciuibus iure habeantur aequali iustitia protectio-
neque tuti. a)

Statim enim sola particula: nulli fati su-
perque & euidenter demonstrat, sermonem hic
minime esse de iuribus, certo alicui loco inclusis,
verum de iuribus, quae nemini, modo vel catho-
licus, vel Augustanae confessioni addictus sit, in vl-
lo loco vniuersi imperii Romano-Germanici negari
possunt. Nulla igitur ratione *magisterium* in colle-
giis opificum huc referri posse, vel me tacente vi-
det quilibet, & quotidiana probat experientia. Alio-
quin enim sequeretur, vt in ciuitatibus mere catho-
licis magistri euangelici, & in ciuitatibus mere euan-
gelicis magistri catholici, & quidem ex necessitate
legis, admitti debeant, cuius rei absurditatem ipsi
dissentientes diffiteri non possunt b). Communio
igitur *opificum*, hac lege stabilita, vnice ad ea iura
pertinet, quorum exercitium in quocunque loco,
citra

citra vllum respectum ad religionem, est liberum, & proinde tum ad boëthos, exercendi opificii sui causa peregrinantes, tum ad eos, qui ad tirocinium in opificio quodam aspirant c), ne propter religionem excludantur. (§. IX.)

a) Haec P. O. constitutio sollicitos habuit viros celeberrimos. Etenim laude mea longe maior I. H. BOEHMERVS, licet *iur. eccles. protestant. lib. V. tit. VII. §. 196.* solide docuisset, legem eo tendere, vt neutri in imperio approbatae religioni nota *haereses* in effectu *iuris civilis* obici possit; & omnes effectus, quos *ius canonicum* alias haeresi tribuere soleat, inter ipsos etiam catholicos, exulare iussi sint; tamen sequenti §. 210. scribit: *illam potissimum de iis esse intelligendam locis, in quibus viriusque religionis affectae inter se mixtim viuunt, & vtraque religio ex statu anni decretorii dominans sit, qua de causa singulariter aequalitas exacta inter dissidentes in vtraque religione constituta sit. Art. V. 3 4 5 6 7 8 11 12.* Eadem fere profert CHRISTOPH. MATTHAEVS PFAFFVS in *der Erlaeuterung über das allgemeine, als auch teutsche protestantische Kirchen-Recht, Sect. II. cap. IV. §. 6. pag. 326.* Sed primo particula: *nulibi*, perspicue probat, hanc constitutionem esse *generalem* neque ad certa loca debere restringi; *deinde supra (§. VI.)* iam ostendi, etiam in ciuitatibus Imperii *mixtis*, collegia opificum ex statu anni decretorii diiudicata fuisse. *add. not. sq.*

b) Distinguunt quidem inter ciuitates, in quibus personis diuersae religionis via patet, aspirandi ad *ius ciuita-*



uitatis, & vbi ea non patet; ita vt constitutio haec de illis, non vero de his, explicanda sit. Sed, vt praeter eam, hic pariter obtare, quae *not. praeced.* opposui, ista interpretatio toti contextui aduersatur. Agitur enim hoc loco, ceu ex praecedente §. 34. liquet, de iis, qui in anno decretorio neque *publicum*, neque *privatum* religionis exercitium habuerunt, sed tolerantur saltem ex gratia; vbi obligatio *perfecta* admittendi aliquem ad ius ciuitatis cogitari nequit.

c) conf HENNIGES in *meditat. ad b. l.* Idem confirmat IO. DECKHERR *de pace ciuili, religioni Germanorum data, lib. I. cap. XLII. num. 7. pag. 224.* atque in *vindicis iuris Cameralis tit. XXVIII. num. 54.* *Opificum quoque, inquit, tribuumque communionem lex largita est. An vt de opificiis & arte instituantur? Ita. An vero, vt ubique in ciuum numerum cooptentur? ad officia honoraria tribuum promoueantur? Non sane, & ita in facto causae patroms obtinui.* Adde infra §. XIII.

§. XI.

QVAE VLTERIVS DEFENDITVR.

Praeterea reliqua omnia obiecta, quae, praeter *opificiorum & tribuum communionem*, hac constitutione memorantur, clare probant, vnice hic de *usu iuris communis*, cuius quilibet habilis *ubique locorum* est capax, agi. Initium enim fit ab *existimatione* simplici, quae cuilibet honeste viuenti debetur, in verbis; *ne quis ob religionem despicatur*; deinde

deinde, postquam de *communione mercatorum*, *opificum* & *tribuum* mentio facta, ad *hereditates*, *legata*, *hospitalia*, *leproforia*, *elemosynas*, & *honestam sepulturam* progressus fit. Denique cunctis utriusque religionis consortibus *aequalis iustitia* & *protectio* confirmatur, in verbis: *in his* & *similibus pari cum conciuibus iure habeantur*, *aequali iustitia protectioneque tuti*. Quae omnia per suam naturam solummodo usum *iuris communis* spectant.

§ XII.

SPECIATIM EX ACTIS ET HISTORIA PACIS WESTPHALICAE.

Nimirum notum est, initio *reformationis* omnia ea, quae tum in iure *Romano*, tum praecipue in iure *canonico*, de *haereticis* sunt statuta, ad protestantes fuisse accommodata. Quorum inprimis pertinet, quod *haeretici habeantur infames*, *nec digni*, qui *statum aliquem in republica habeant*. Vnde non modo a *dignitatibus* & *honoribus* *excluduntur*, sed & *honestis artibus* & *opificiis ipsis interdictum est*; *arcentur ab omni successione*, & *honestae sepultura indigni censentur*, & quae sunt alia. a) Sublatum quidem fuerat odium illud per pacem *religiosam*, sed recrudescerat postea, maxime temporibus belli *triccennalis*. Vnde Euangelici *grauaminibus suis ecclesiasticis*, mense *Novembri 1645. exhibitis*, b) inter alia

D

alia

alia *num.* III. sequentia inferebant: Seynd die armen evangelischen Untertbanen hin und wieder auch an den Orten, wo sie das Exerccitium theuer erworben, auf das allerunbarmherzigste gedrückt und verfolget worden. --- Zu geschweigen der Verachtung daß maenniglich sie scheuet, ja wohl gar, wenn sie als Zeugen angegeben, als infannes zu rejiciren sich unterwindet. Zu keinem Ehren-Amt werden sie zugelassen, bey vorgehenden Lekns-Veränderungen wollen ihnen die Belekungen ohne vorabgelegten Iuramento religionis nicht wiederfabren; ingleichem auch den Lehrjungen weder Geburts- noch Lehr-Briefe abfolget werden, ja so gar verhasset sind sie, daß auch die christliche Sepultur, als wenn sie in reatu des aergeren Bubenstücks verstorben, nach ihrem Tod versaget wird. Prodit hoc grauaamen rationem adaequatam laepe dictae constitutionis in §. 35. Art. V. I. P. O. vnde constat, non aliam eius esse sententiam, quam religiones in imperio approbatas omnes pro iuridice orthodoxis habendas, neque alteri ab altera notam haereseos obiiiciendam esse. Immo omnes & singulos, approbatis his religionibus addictos, aequali iure gaudere debere, ita vt, quod vni parti est iustum, alteri quoque iustum esse; neque vllum discrimen inter diuersitatem religionis, quoad usum iurium communium, in imperio receptorum, statui debeat. c)

a) *l. l. Cod. & X. de haereticis. conf. Celeberrimus IO. CASPAR. BARTHEL de libertate exercitii religionis ex lege imperii, cap.*

cap. VI. §. XLII. in eius opuscul. Tom. III. pag. 699. IVST.
HENNING. BOEHMER iure eccles. protest. lib. V. tit. VII.
§. LXI.

b) MEIERN act. P. W. Tom. I. pag. 819.

c) Rectissime laudatus modo BARTHEL loc. cit. §. XLVIII.
Iurium communium, inquit, summa quaedam qua-
si enumeratio continetur in I. P. W. art. V. §. 35. tanquam
propria tolerantiae, iis, qui in anno normali nullum siue pu-
blicum siue priuatum suae religionis exercitium habuerunt,
subditis concessae, sede; tota tamen ad communem & pacifi-
cam subditorum tribus religionibus in imperio receptis addi-
ctorum cobitationem ordinata & instituta. Idem in se-
quentibus integrum hunc §. 35. luculento commenta-
rio instruit, & singula ibi enumerata iura plenius expli-
cat. Add. HENNIGES & GYNDLING. ad dict. §. 35.
I. H. BOEHMER loc. cit. §. 196. sqq.

§. XIII.

ENUMERATIO IURIVM, QVAE INTER OPIFICES EF-
FECTVM SVVM VBIQVE LOCORVM EXSERVNT.

Inter iura opificum *communia*, quae vbiqve lo-
corum effectum suum exerunt, praecipue retuli iu-
ra *boëthorum* (§. VIII.). Attamen & ius *magisterii* huc
suo modo referri poterit, non vt cuilibet in omni ci-
uitate pateat facultas, ad illud adspirandi; sed vt tan-
quam ius *legitimum*, auctoritate publica adprobatum,
per *vniversum imperium* respiciatur. Optime hoc ex-
ponit Priuilegium ab Imperatore LEOPOLDO anno

D 2

1688.



1688. ordini equestri immediato in Sueuia indultum, a) quod huc transcribere non piget: *Demnach Uns die Wohlgebohrne und Edle, Unsere und des Reichs liebe Getreue N. N. freye unmittelbare Ritterschafft und Adel der fünff Canton des Landes in Schwaben, allerunterthaenigst vorgetragen, wasgestallt sie gemeynet, Krafft undisputirlich possedirender alter Regalien, Jurisdiction, auch meri & mixti imperii in ihren Staedten, Maerckten, Flecken, und Doerffern, die theils alt, oder vor diesem schon gewwesene Zünffte zu erneuern, theils aber von neuem aufzurichten, anbey jedoch nicht unzeitig besorgten, es dürfften die Zünffte, sonderlich in Reichs-Staedten, nach ihrem auf offenen Reichs-Taegen vielfaeltig vorgekommenen Exceß und Mißbräuchen, solche unter der Reichs-Ritterschafft sich niederlassende oder sessbafft Künstler und Handwerker denen Ihrigen nicht gleich halten und ihre Zünfftig erlernte Jungen, oder niedergesetzte Gesellen, unaufgetrieben passiren lassen ----- als verordnen Wir aus Kayserl. hoechst vollkommener Macht, rechtem Wissen, zeitlichem Rath und Gutbefinden, daß hinfubro und zu fortwaehrenden Zeiten, alle unter der Reichs-Ritterschafft und Lande zu Schwaben angefessene Künstler und Handwerkerleute, sie haben Nahmen, vwie sie wollen, denen in der Churfürsten, Fürsten, Staendten und Staedten, auch Unserer Erb-Koenigreichen und Landen sich befindenden oder*
 woh-

wohnenden Künstlern und Handwerckern durchgehends gleich gehalten, geschaetzt und geachtet, auch die von ihnen befoerderte Gesellen in Reichs- und Herren-Staedten, ohne Unterscheid ungehindert, ungestrafft und unaufgetrieben passiret werden sollen. Ad illustrationem etiam apposite faciunt, quae *Illustris BARTHEL b)* ex HENNIGESII meditationibus ad I. P. O. pag. 620. sq. paucis tantum verbis mutatis, repetit, scribens: *Lex (§. 35. Art. V.) illis imprimis opitulatur, qui ex opificum numero sub appellatione sociorum exercendae artis sua causa peregrinantur. Illi enim Catholicae Religioni addicti in locis protestanticis a quodam forte opifice, Magistro dicto, conducti fama integra ibi etiam agunt, atque tribunal & diuersorum pari iure cum sociis protestanticis sunt participes; quin si cui patrifamilias videretur filium suum in sacris Protestantium institutum opifici Catholico locare ad artem discendam, isque eum, siue pacta mercede, uti plerumque fit, siue gratis erudiendum receperit, in Magistratus potestate haud erit, ut conuentionem illam ob Religionis odium rescindat, atque conductorem iubeat inueni-
nem dimittere.*

a) LÜNIG Reichs- Archiv, Parte Speciali, Continuat. III. num. LXII.

b) loc. cit. §. XLIX.



§. XIV.

CONCLUSIO EX HACTENUS DICTIS.

Quamuis vero hactenus, vt opinor, satis probatum dederim, hincque aduersariis lubens concedam, legi in §. 35. art. V. I. P. O. nihil prorsus commune esse cum *anno decretorio*, sed illam vnice circa usum *iuris communis* occupari: neuiquam tamen inde sequitur, iura ibi commemorata omnia a *statu anni decretorii* prorsus esse exclusa. De *opificiis*, quatenus de iuribus, certis locorum cancellis inclusis, agitur, iam contrarium adserui (§. VI. seqq.). Idem etiam de commemoratis ibi *hospitalibus*, *leproforiis*, & *elemosynis*, est tenendum. Et quidem *hospitalia* bis in eodem hoc artic. V. §. 25. & 31. quod ad *possessionem* & *administrationem* illorum attinet, ex statu anni decretorii aestimantur, atque inter *annexa exercitii religionis* habentur a). Aliud enim est, *hospitale* aliquod *possidere* & *administrare*; aliud, aliquem *habilem* esse, vt in illud possit recipi. Diuersus vero respectus facit, rem non eandem, sed diuersam, censi b). Pariter honor sepulturae generatim debetur omnibus iis; qui vnā ex tribus approbatis profitentur, non habita ratione, an coemeterii ius anno 1624. habuerint, nec ne? Ius tamen exstruendi coemeterium publicum est *annexum* exercitii religionis, ideoque ex statu anni decretorii diiudicandum. Quodsi quoque catholici & protestan-



stantes dicto tempore distinctis & separatis locis in vno coemeterio pro mortuis suis sepeliendis vsi fuerint, iisdem etiam se continere debent c).

- a) conf. HENNIGES ad b. l. not. d) pag. 621. & BARTHEL loc. cit. §. LIII.
b) MEVIVS P. VIII. Decif. 396. num. 5.
c) HENNIGES ad §. 31. Art. V. not. a a) pag. 581. BARTHEL loc. cit. §. LVIII.

§. XV.

NULLVS IMPERII STATUS COGI POTEST, VT INUITVS MAGISTRVM DIVERSAE RELIGIONIS CONTRA STATVM ANNI DECRETORII ADMITTAT.

Nullus igitur status Imperii cogi potest, vt inuitus *magistrum diuersae religionis* contra statum anni decretorii admittat in aliqua opificii sodalitate; quamuis, si velit, sua sponte illud facere possit, siue exercitium religionis, de qua agitur, in anno decretorio obtinuit, siue non. Gaudet enim *iure tolerandi* etiam illos, qui anno 1624. neque *publicum*, neque *privatum* religionis suae exercitium habuerunt, vel deinceps diuersam a territorii domino religionem professi sunt a). *Pacta* tamen eam in rem inita sunt seruanda. Neque *forma regiminis* est negligenda, quae non vbiuis est eadem. Praesertim hoc deprehenditur in liberis imperii ciuitatibus, quarum aliae imperio *aristocratico* reguntur; aliae regimini *demo-*



democratico sunt propiores. In priore specie *ius tolerandi* penes *solum senatum* est; in posteriore vero illud simul etiam ad *delectum* ciuium, vel, pro rerum statu, ad totam ciuium *uniuersitatem* spectat b).

a) I. P. O. art. V. §. 34. vbi verba sunt: *Placuit porro, vt illi Catholicorum subditi Augustanae Confessioni additi, vt & catholici Augustanae Confessionis Statuum subditi, qui anno 1624. publicum, vel etiam puiatum religionis suae exercitium nulli anni parte habuerunt, nec non, qui post pacem publicatam deinceps futuro tempore diuersam a territorii Domino religionem profitebuntur & amplectentur, patienter tolerantur.* Ad quem locum tamen videndus est HENNIGES not. e) pag 611.

b) IO. IAC. MOSER *im Teutschen Staats- Recht, P. XLIII. pag. 20. sq. & pag. 54.* quo posteriore loco ita docet: *Endlich ist auch noch die Frage: Weil die Magistrate die Freyheit zu haben praetendiren, Jemand zum Bürger anzunehmen oder nicht, und sie diese Freyheit eben auch in anno decretorio gehabt haben wollen, ob daraus folge, daß es lediglich in eines Magistrats Belieben stehe: ob und wie viel er catholische Bürger annehmen wolle, oder nicht, ohne noethig zu haben; auf den statum anni decretorii zu reflectiren? Ich halte es nicht dafür.*

§. XVI.

APPLICATIO AD REMPUBLICAM FRANCOFVR-
TENSEM.

Quae hactenus retuli, procul dubio spectant
etiam

etiam ad liberam Imperii Rempublicam Francofurtensem, patriam dulcissimam. Nihilominus in caussa quadam nondum decisa a) plurima, eaque inaudita, & si dicendum, quod res est, vnice ab inuidia ducta, dubia eam in rem sunt prolata, quorum vanitas ex sola illorum relatione intelligitur. Dicunt autem

I) Rempublicam Francofurtensem esse ciuitatem imperii ratione religionis mixtam, cum ibi in anno decretorio vtriusque religionis exercitium publicum obtinuerit, vnde in ciuium collegiis aequalia quoque esse debeant vtriusque religionis iura.

II) In variis opificiorum sodalitatibus magistros catholicos citra omnem difficultatem Francofurti admitti.

III) Qui filiam ciuis Francofurtensis ducat, ius quaesitum ad impetrandum ius ciuitatis habere; eum vero ad hoc, per AVGVSTISSIMI decretum de anno 1616. b) non admitti, quam postquam edito artis specimine se dignum probauerit, qui magister in opificio quodam recipiatur.

Verum enim vero ad I) supra (s. VII. not. 6.) probaui, quaenam ciuitas imperialis in sensu iuris publici pro mixta ratione religionis haberi debeat, nec ne? Huc autem Francofurtum minime pertinet. Quin

E

ab



ab *Augustissimo*, & cunctis, tam catholicis, quam euangelicis, *imperii Statibus*, semper pro ciuitate *mere euangelica* est agnitum. Deinde si, contra rei euidenciam, pro ciuitate *mixta* haberi possit, iterum demonstraui (§. VI. sq.) etiam in ciuitatibus Imperii *mixtis*, ratione collegiorum *opificiariorum*, respectum ad annum decretorium habendum esse.

Ad II) Annus decretorius, quia statu *possessionis*, quae strictae interpretationis est, nititur, de re ad rem extendi nequit (§. VIII.) Id quod vel solo templorum exemplo in pluribus ciuitatibus illustratur, quorum vnum, vel etiam saltim pars eius, *euangelicis*, alterum *catholicis* proprium esse solet. Ab vna igitur opificiorum fodalitate ad alteram nullum hic valet argumentum.

Ad III) Decretum *Augustissimi* de anno 1616. hodie quidem ex statu anni decretorii est diiudicandum, cum *contra transactionem Westphalicam, vllumue eius articulum & clausulam, nulla edicta, commissiones, mandata, decreta &c. vnquam allegari, audiri, aut admitti debeant c)*. Praeterea, licet aliquis fundatam habeat intentionem adspirandi ad ius ciuitatis Francofurtenfis; tantum tamen abest, vt illi ius *magisterii* in illo opificum collegio, ad quod admitti se petit, necessario & citra omnem exceptionem sit concedendum, vt potius omnia, quae ipsi ob stare videntur, inter quae

quae etiam *religio*, quam profitetur, esse potest, antea accurate sint examinanda & remouenda. Quamuis quoque Francofurti nemini ius ciuitatis tribuatur, nisi prius docuerit modum, quo se sustinere & alere vult; non tamen ad id simpliciter necessarium est *magisterium* in certo quodam opificio, cum plures ibi suppetant aliae rationes, quibus quis honeste se exhibere potest citra ingressum in vllum opificum collegium. Vnde etiam ipsi saepe ciuium filii, quibus ius ciuitatis regulariter negari nequit, *magisterio* excluduntur, si forte numerus magistrorum statuto determinatus in eo opificio, cui se manciparunt, est expletus. d) Quin iis, qui Francofurti in ius ciuitatis & *magisterii* iam sunt recepti, interdum posterius, causa cognita, abiudicari, saluo tamen priore, ex variis conclusis Iudicii Imperialis Aulici probari potest. e)

- a) Vid. Kurtze aber Cameral - Actenmaessige Nachricht von der bey dem Kaiserl. Reichs - Cammer - Gerichte anbaengig gemachten Sache Iohann Christian Müller vvider die Reichs - Stadt Franckfurt und die dasige Maurer - Meister - Innung, praetensi Mandati de non contraveniendo dispositioni Pacis Osnabrugensis &c. Mit Beylagen sub Nris 1. 2. & 3. 1769.
- b) Vid. Kaiserl. Commissions - Abschied von 1616. in denen Anmerckungen über die Franckfurter Reformation, P. X. Tit. 1 § 1. pag. 689.
- c) I. P. O. art. XVII § 3.

E 2

d) MO-



- d) MOSERVS in opere maiore iuris publici P. XLII. pag. 466. eam in rem ita scribit: Dererjenigen, die einmal Bürger in einer Reichs - Stadt worden seynd, Soehnen und Nachkommen maemlichen Geschlechts, kan, wann sie wollen und darum anhalten, das auf sie ererbte Bürgerrecht ordentlicher Weise nicht abgeschlagen werden; es waere dann das sie sich dessen per Delictum verlustig gemacht haetten, oder sich in andern mit ihren bürgerlichen Pflichten incompatiblen Umstaenden besaenden, oder die Profession, vvelche sie treiben, bereits mit der statutenmaessigen Anzahl, oder auch sonst so mit Meistern besetzt waere, das ohne deren Nachtheil Niemand pro nunc weiter recipiret werden kan; in vvelchen letztern Faellen zwar nicht das Bürger - Recht an sich, vwohl aber das Meister - Recht denegret werden kan.
- e) Exhibet haec Iudicii Imperialis Au'ici conclusa recentissima MOSERVS loc cit. pag. 470. sqq.

F I N I S.







Giessen, Diss., 1766-70

X 2396520

V
D
18

ULB Halle

3

007 662 912





6. 2. num. 27.

350 14
1770, 2

7

DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA
DE

ANNO DECRETORIO
CIC IOC XXIII

QVATENVS IN COLLEGIA OPIFICVM
RAECIPVE IN LIBERA IMPERII REPUBLICA
FRANCOVRTENSI
CONVENIAT

QVAM
P. 350. ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS
AVCTORITATE
IN ALMA LVDOVICIANA
PRAESIDE
D. FRANC. IVSTO KORTHOLTO
ACADEMIAE PROCANCELLARIO

PRO
GRADV DOCTORIS

RITE ET MORE MAIORVM OBTINENDO
IN AVDTORIO SOLLEMNI

AD DIEM XVIII APRIL, CIC IOCC LXX
PBLICAE PROCERVM ACADEMIAE DISQVISIONI
SVBICIET
AVCTOR

IOANNES ADAMVS HORN
MOENO - FRANCOVRTENSIS

GISSAE,
APVD IOANNEM IACOBVM BRAVN, ACAD. TYPOGR.

